

**Infantem epilepticum cognoscendum curandumque ... / examini exponit  
Johann-Victor Jägerschmidt.**

**Contributors**

Jägerschmidt, Johann Victor, active 1683-1684.

**Publication/Creation**

Altdorffii : Literis Henrici Meyeri, [1684]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/xvbkby4a>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

J. V. J.  
AUCTORITATE  
*GRATIOSISSIMI*  
SENATUS ASCLEPIADEI  
IN UNIVERSITATE ALTDORFINA  
**NFANTEM EPI-**  
**LEPTICUM**  
cognoscendum curandumq;  
*Pro*  
**LICENTIA DOCTORALI**  
*Publico φιλαράων examini*  
*exponit*  
**JOHANN-VICTOR GÄGERSCHMIDT**  
**Giengâ-Suevus.**  
*Ad d. 23. Junii, A.O.R. 1684.*

---

Literis HENRICI MEYERI, Univ. Typogr.

*Jena*

# АНИЯ ОДНА ЕТАКИЕ ВУЧИКИ

# ДЕНЬ МЕНТИАНИ

# MUÓITELI

# ГЕНТАДОCTORAL

*Brachyceridae* Gyllenhal

Симбирск я отгУ-ниано

Gleury-Gnecas

1982.1.20.A.1102.25.11

*Foto: Henkje Meeuwis, Foto: T. Boga*

# I. N. J.

## Procœmum.

Toicorum antesignanum Zenonem,  
uti nec animi diversa ob incommo-  
da sapenumero humanum genus in-  
festantia, ita nec ob corporis dolo-  
res tristari, vel iisdem moveri ho-  
ninem decere, voluisse, verum discipulis suis  
uram pictam in pariete esse nebulam dolorem,  
persuasisse; quin etiam atrocissimis vexatum  
doloribus tanquam *āπαθη*. O dolor, dolor, nihil  
agis! exclamasse, è litterarum monumentis  
constat; Ast apage cum tali *Philosophia Sacra*  
*Scriptura naturaq; legibus repugnante!* Quis  
adeo immanis, ut si cum Plinio, quod à suppli-  
ciis vitam auspicetur homo, unam tantum ob-  
culpam, quia natus est, in memoriam revocet,  
non miseratio subeat, quod certè nostra vita  
aliud nihil, nisi morbus sit perpetuus, ideoq; re-  
tè cum sapiente Solone asserendum: Homo est pu-  
tredo in exortu, bulla in omni vita, esca ver-  
mium in morte? quis non misericordiâ afficere-

tur, si Infantes in dias modo luminis auras natos, & fletibus quasi nos ad auxilium implorantes, à variis morborum generibus jam affici vdet? nonne statim à primo vita nostræ limin myrias nos comitatur morborum, quos si omne delineare vellemus, opus immensilaboris aggredemur; sufficiat saltem unicum affectu atrocissimo, Epilepsiam scilicet, laborantem Infantem ante oculos ponere, nemo cui sana adhuc mens totam nostram vitam morbum esse ibit inficiatur. In hujus affectus ventilatione ergo Indulgatissima Facultatis Medica loco Inaugurali Disquisitionis, ansa arrepta ex Spectatissim Dn. DECANI &c. Collegio Practico, exercebimus intellectum nostrum; cum verò ille ad naturā etiam perspicua maxime, ut oculi vespertilionum versus meridianam lucem se habeat à Supremo cœlestis luminis fonte, Divino Numinе, exoramus radios: Ad sis nobis lumine veritatis tua mirabilia hujus Epilepsiae in futuram & infantum puerorumq; salutem indagaturis, ad sis flamine Gratia tua!

# C A S U S.

**P**uerulus quidam , qui unius fere anni spatium emensus, honestis, vegetis, tam publico, quam privato sedulo fungentibus officio parentibus oriundus, nondum ablactatus, omnis generis alios cibos, simul cum lacte matris (quæ acidorum & frigidorum esu delectabatur) capiens, in prandio satis repletus, alvum insolito more habens sicciorēm , horis pomeridianis in lectum somnum capeſſendi gratia repositus, placide quidem requievit, mox autem in somno corpusculum cum anxietate circa præcordia hinc inde movere cœpit, donec ex improviso oculi aperti, labia , mandibulæ, reciproco motu per horæ penè quadrantis spatiū convellerentur, à quo paullulum quidem symptomatum cessavit vehementia , mox autem rediit, unde Parentes, spectaculo hoc commoti, sollicite Medici exposcunt consilium.

## R E S O L U T I O .

**Q**uod Affeſtus, quo noster Āger tenellus laborat, sit *Morbi Epilepsia*, à Græco verbo Ἰπλαυσάνεως, quod subi- determinato mentem sensusq; omnes quasi prehendat , originem trahens, ex symptomatum concurrentium colluvie facile perspicere licet; I. enim *Actiones læſas* & quidem depravatas

*Vatas* testantur illi motus clonici oculorum, labiorum, & mandibularum ob  $\omega$ um animalium impetuosum & inordinatum ad musculos motum, & nihilominus tam eorum vigorem sensorium fixatum & inhibitum.

**II.** *Anxetas* verò *circa præcordia* ob sanguinis vaporosi impeditiorem per pulmones & cor motum oriri videtur.

**III.** *Inter Excretalæsa Alviscicetas* ob acidas particulas, si-  
ve succi pancreatici, sive etiam bilis ex assumtis eò colle-  
ctas excrementitias intestinorum motum peristalticum cohidentes urget.

**Definitio.** Est verò *Epilepsia varia* & mixta actionum, præsertim animalium, læsio, cum aliorum symptomatum saepe concursu, imprimis motus localis depravatus, vel totius corporis, vel certorum saltem ejus membrorum, cum sensuum hæbetudine ab aura vitiosa acidâ  $\omega$ -us animales & lympham potissimum di-  
versimode inquinante, dependens.

**Note Generales.** §. I. Affectus hic multisariis alias insignitur nominibus ac titulis ab ejus vehementia desumptis, dum vocatur Morbus facer, Herculeus, Caducus, Comitialis, Sonticus, Lunaticus, Morbus major, qui sputatur *Plauto Captiv. act. 3. sc. 4.* Infantilis sive Puerilis, Germanis die schwere Noth / Freiß ; in specie Kinder- Freiß / fallende Sucht &c. Quoad genus differt Epilepsia à vera convulsione, vel Spasmo, quod in universali totum corpus riget, vel in quibusdam locis saltem os occluditur, statim paucis diebus à nativitate cum eventu lethali, & vulgo die Klämme oder Klamm Freiß dicitur. In diversis subjectis alia etiam dantur symptomata, v. g. dum ægri subito in terram cum impetu prosternuntur, non aliter, uti loquitur *Willis Pathol. cerebri c. 3.* quam si domus à pulvere pyrio explosa subverteretur, quæ ut plurimum extra locum in quo steterat, dimovetur, ob fibra- rum vehementissimam irritationem. Spuma saepe ex ore propul- lulat ob fermentationem lymphæ & liquoris salivalis occasione sanguinis etiam in pulmone & corde impediti & turgentis exci- tatam. In ipsis insultibus etiam accidit, ut nihil possint deglu- tire, ast singularem & domesticam observationem *Sylvius ad- notavit l. 4. Prax. Med. tr. 1. c. 6. §. 5.* in propria filiola, quæ octo men-

menses nata postremo vitæ die propter difficilium erumpentes dentes insultibus epilepticis afflita, durante per horas aliquot paroxysmo Epileptico, quævis oblata commode sumfit, cessante vero paroxysmo nihil amplius per horas plures admisit, sed tandem placide exspiravit. Symptomatum quidem in qualitatibus mutatis nulla facta est mentio in historia, sed absque dubio Pallor faciei quoque adfuit, ceu cruditatis signum, cum febris abfuerit, alias etiam faciem intensius rubore, si febre ardente infantes corripiuntur; si autem malignitas abfuerit coagulativa, rubedinem in violaceum mutari colorem experientia testatur.

Subiectum in nostro ægro potissimum patiens, sive <sup>Subiecti</sup> pars recipiens, sunt *Organæ sensuum*, qua externorum, qua <sup>declaratio-</sup> internorum, quorum agendi facultates & functiones in <sup>tio.</sup> ipso paroxysmo abolentur, aut nimium immiuuntur; nec non *Musculos & partes* earumq; fibræ, præsertim oculorum, labiorum, & mandibularum, quamvis sine dubio musculi quoque thoracis & intercostales ipsumq; Diaphragma, ceu primarium respirationis instrumentū, compatiuntur. Pars vero mandans non tam Cerebrum, Cerebellum, & Principium nervorum, quam consensualis, *Ventriculus* corrupto acescente chyloso liquore effluvia vitirosa acida exspirante refertus, & nervoso generi communicans hic potissimum attendi debet, Intestinis non exclusis, præsertim tenuioribus.

§. II. Differentia enim datur inter Epilepsiam *per essentiam*, Note & Genujus causa interna & proxima in ipso cerebro & cerebello se- neral. dem suam & originem obtinet; & *per consensum*, quæ caussam recipit aliunde è ventriculo, liene, utero & similibus. *vid. Willis. d. l. c. 3. aliiq;* Nostri instituti non concedit ratio, nec penuria librorum, ea prolixius declarare. In nostro verò ægro puerulo *consensualē* esse affectum, extra dubitationis aleam possum est.

Causa proxima irritans est *Halitus* quidem mixtus ex *Causarum* acido *Onoso* & *Glaceo*, aut *Onoso styptico* cum *alibus explicatiō-*

animalibus sive ad principium nervorum commune delatus, & sensuum vigorem obtundens, sive in fibras motrices partium affectarum sese insinuans, ibidemq; notatam irritationem convulsivam instituens. *Antecedens* hic gemina concurrere videtur, partim fermenti in ventriculo dispositio vitiosa & acida assumta alimenta facile corrumpens; partim etiam sanguinis crudis chylosis portionibus multum referti ad fermentationem inordinatam proni mala constitutio. *Procatardicæ* in historia recensita duplices occurunt, quarum quædam ad infanteum, quædam ad matrem spectant. *Illæ* sunt vitiosa alimentorum variorum ætati tenellæ inconvenientium assumtio, & per copiam majorem ventriculi aggravatio, ut rite chylificare nequiverit: Hæc est lactis materni vitium, quod acidorum alimentorum & frigidorum frequenti usu contractum est: Qualis enim cibus & potus, talis etiam habetur chylus, lac & sanguis.

*Note Ge-  
neral.*

§. III. Nonnulli cum *Willifio* caussam proximam per auram explicant, & quidem *Oosam* explosivam, qualis excitatur à pulvere pyrio accenso: de cuius tamen universalí veritate meritò dubitavit *supralaudatus Dn. DECANUS*, *Mecænas ac Promotor noster ad cineres devenerandus in Collegio Prætico*, ob duas præsertim rationes, (1.) quod febres supervenientes epilepsiam plerumque solvant, caussam hujus rarefaciendo & dissolvendo. (2.) propter curationem sæpe per volatilia, spirituosa, rarefacentia instituendam; Alii spiritum sylvestrem appellant. Ex *Helmontii* hypothesis *Gæs* nomine venire posset, non quidem vitalis, quod lumen est atque balsamus à corruptione præservans, solari lumini adæquatum, sed sylvestris, qui in se est spiritus concretus & corporis more coagulatus, sed accidente fermento excitatur, quemadmodum utriusq; *Gas* naturam prolixius descripsit *træs. Complex. atque Mist. Elem. figm. n. 14. 21. 42.* Caussas antecedentes internas in aliis subjectis occurrentes per essentiam & per consensum ob temporis penuriam non licet hoc loco exponere. Ad Procatardicas alias quoque pertinent *Dentitio*, quæ fortassis etiam in nostro infante concurrere potuit, suadente hoc ipsa ætate

9.

etate dentitioni favente; licet in historia mentio non fiat, con-  
agium quoq; salivæ per pocula communia communicatum in-  
er caussas Epilepsiae procatarcticas scil. retulit *Nobiliss. Excell.*  
*Experientiss. Dn. MAURICIUS HOFFMANNUS Sereniss.*  
*Electoris & Marchionum Brandenburg. ut & Reipubl. Norimb. Ar-*  
*chiatere & in Facult. Med. Prof. Primarius, celeberrimus Dn. Patro-*  
*llus atq; Promotor æternum devenerandus Sciag. Morb. contag. Disp.*  
*3. & confirmatur historia observata à D. D. Vito Riedlino obs. 33.*  
inter caussas procatarcticas haud infrequentes etiam esse solent  
vermes sive Lumbrici qua Ascarides, quâ Teretes oblongi, qui  
bus pueri obnoxii esse solent sæpiissime, quoniam generantur ex  
crudis portionibus ab infantis cibis copiosis atque corruptis, im-  
primis carnium & victuum horariorum ingurgitatione qui post  
ea mordentes fibrosas intestinorum partes interiores, in motus  
convulsivos irritari & per consensum & interventum halitum  
acidorum acrum ipsum principium nervorum afficere possunt,  
teste *Sylvio d. l. c. 10.* De caussis fortuitis & contingentibus, qua-  
les sunt terror ex tonitru, mora longa in balneo, Epilepticus  
alius repente in terram prostratus videatur *Sennertus Med. Prax.*  
*L. I. part. 2. c. 21.* Alias & variolæ, morbilli, & febres malignæ  
acutæ ansam quoque ad generationem hujus affectus præbere  
solent, ob sanguinis crudis acidis chylosis aut maligne coagula-  
tivis portionibus ac seri effervescentiam halitus vitiosos simi-  
les nervolo quoq; generi impertinentem. Verum de his satis.

Ratione eventus hic affectus minime lethalis in hoc *Eventus*  
subjecto, sed salutaris erit. 1. Quia non Essentialis, sed *Prædictio*,  
per consensum. 2. Quia non connatus vel hereditarius,  
ut ex historia liquet, sed ab errore externo proveniens.  
3. Quia recens nec inveteratus. 4. Quia paroxysmi bre-  
viores; Longiores enim majorem caussæ peccantis co-  
piam ac vehementiam arguunt, hinc & lethalem even-  
tum afferre, licet à pleniori etiam viatu fuerit malum, te-  
statur *Casus VIII. l. 5. apud Timæum de Guldenklee.* 5. Quia  
acidum peccans volatile explosivum cum acrimonia  
conjunctum. 6. Quia epilepsia ante pubertatem curabi-  
lis, Comitiales morbi aut convulsiones epilepticæ, qui-

bus ante pubertatem eveniunt, curationem recipiunt; at quibus eae veniunt vigesimo quinto aetatis anno maximum partem commoriuntur; cuius rationem petere licet ex 2. aph. 45. quam accurate deduxit & universalitatem aphorismi simul limitavit Nobiliss. Excellentiss. & Experientiss. D N. D. JOH. MAURICIUS HOFFMANNUS, Prof. Publ. *hujus Lycei celeberrimus*, Praeceptor, & Fautor noster summè observandus in Disputatione suâ Inaugurali de Paroxysmis frequentior. & vehement. th. 42.

Not. Ge-  
neral.

§. IV. In aliis quandoq; casibus eventus etiam lethalis praesagiendus v. g. si post febres malignas succedit ob coagulationem & putredinem sanguinis acidioris serosi. Ita etiam ob eandem rationem si variolis & morbillis supervenit, non tam morbi quam errorum in rebus non naturalibus commissorum culpa mortem infert. Rursus in aliis subjectis licet non mortem acceleret, malum tamen inveterascit, & per periodos five certas, five plerumq; incertas suos habet insultus, atque ad vitæ finem usque comitatur, v. g. quando caussa vel hereditaria fuerit, vel mox à nativitate propter labem ab utero contractam, uti loquitur *Willis*, infestare solet, aut quando tenelli adhuc terroribus gravioribus percelluntur, à quo periculo neque adultiores plane immunes esse, exemplum quoq; puellæ cujusdam hoc in oppido Epilepsia curationem nullam admittente, sed per intervalla adhuc redeunte, afflictæ relatum nobis fuit.

Gurandi  
ratio.

Quid vero nunc consilii? anxiè quærunt exposcentes auxilium omnis moræ expers moesti atq; animo consternati Parentes, filioli vibrari membra videntes. Desiderio igitur illorum ut pro virili satis faciamus, solutio partim methodo extraordinaria, partim ordinaria procuranda. Cum enim paroxysmi Epileptici rationem habeant symptomatum urgentium, quæflammæ vitali interitum minantur, scil. ob caussæ proximæ internæ vehementiorem motum (uti *Spedatiss.* D N. DECANUS prolixius hæc demonstravit in *Dogmatib. Med. Gen. Part. IV. c. 4. dogm. 9. in notis*) curationem quoq; & hi non

non ad se trahunt sed rapiunt. Quamvis vero in ægro  
hoc puerulo paroxysmi haætenuis sint breviores, omni  
amen studio cavendum, ne sæpius redeant, & infestent  
remedia exhibendo talia, quæ spiritus animales inimicos  
dissipent, vel eos exilire & efferari aptos reprimant (ut li-  
ceat nobis, mentem nostram exprimere verbis *supralau-*  
*dati* D N. D. HOFFMANNI Jun. in *Disput. dict. th. 62.*)  
quod fit, quando acidum illud volatile & explosivum co-  
hibetur præcipitantibus & imbibentibus, ne principium  
spinalis medullæ irritare, cerebriq; concussionem indu-  
cere valeant. Applicentur igitur exemplo frictiones  
artuum paullo asperiores & ligaturæ, si que in promtu sit  
Emplastrum vesicatorium, vel saltem rubificans ad um-  
bilicum & nucham, vel sacculus ex rad. pœon. recenti-  
cum ♂ sem. sinapi paratus, imponatur. Inungantur  
nares balsamo rutæ vel succini, si manuum digitæ contra-  
eti fuerint, leniter in rectum oxyus extendantur. Li-  
gnum Aloës vel pennæ Perdicum & similia accandan-  
tur.

§. V. In aliis casibus, ubi aciditas convulsiva magis prædo- *Not. Ge-*  
minaverit, in paroxysmo etiam fortioribus opus est remediis, *neral.*  
in primis os apertum servandum, interposito aliquo corpore  
non duro, aut frangibili, sed tenaci, sive sacculus è tela linea  
crassiori antepilepticis refertus fuerit, sive è corio, ne linguam  
morsu lœdere possit. Umbilicalia Topica extrahentia minime  
negligantur, quæ ex propria experientia laudavit nunquam sa-  
tis laudandus *Excellentissimus* D N. D. HOFFMANNUS *Senior*  
*Prud. Med. Disþ. XIII. Coroll.*

Extra paroxysmum Curatio extraordinaria partim, *Curatio-*  
prosequenda, partim ordinaria secundum tres indica- *nis conti-*  
tiones adjungenda. Cum igitur malum in nostro pue- *nuatio.*  
rulo à nimiâ repletione provenisse cognoverimus, operaæ  
premium esse censemus, remittente paroxysmo, mox of-  
ferre infanti leve vomitorium v. g. syr. emet. Forest. 3j.

dilutum pauca quantitate  $\nabla$ . destillatæ alicujus, aut etiam cerevisiæ tenuioris calidæ, vel gr. i. Tartari Emet. aut unum cum dimidio, ut ita saburra cruda acescens è ventriculo maturius rejiciatur. Exhibeantur deinde alia remedia paroxysmi novi insultum inhibentia. Pulver. **Marchion.**  $\eth\beta.$  aut similis alijs v. g.

**R.** C. C. f.  $\Delta$  3j.

*Cran. human. Philosoph. calcin.*  $\eth\beta\beta.$

*Sem pœon.*

*visc. quern. vel corylini.*  $\tilde{\alpha}\tilde{\alpha}.$   $\tilde{\beta}\beta.$

*Margarit. ppt.*

*Corall. rubr. ppt.*  $\tilde{\alpha}\tilde{\alpha}.$   $\eth\beta.$

*Smaragd. ppt.*  $\eth\beta.$

*Croc. orient.* gr. v.

M. f pulv. tenuiss. S. Pulver öfters davon zu geben  
Dosis  $\eth\beta.$  aut etiam paullo plus minusve pro lubitu.

Potest etiam addi pulveribus Cinnab. nativa aut  $\pm$  ii rite  
ppt. ad gr. iij. 4. vel s. vel etiam  $\Theta$  succin. aut C. C.  
volat.

Vehiculum sit  $\nabla$  usitata. v. g.

**R.**  $\nabla$  fl. pœon.

*tiliae.*

*ceras. nigr.*  $\tilde{\alpha}\tilde{\alpha}.$   $\tilde{\beta}\beta.$

*epilept. Lang.*  $\tilde{\beta}\beta.$

*manus Cbr. perlat.*  $\tilde{\beta}\beta.$  vel q. s.

Pro grata edulcoratione. S.

Krafftwasser zu dem Pulver/ auch sonst davon  
zu gebrauchen.

Externa quoq; applicari possunt non quidem superstitiosa, qualia sunt charæteres, numismata, sed naturalia amuleta, inter quæ radix Pœoniæ maris ejusq; semina palmam obtinent, uti patet ex *Foresti obseru. l. io. obs. 59.* quarum veritatem etiam privatim suo calculo *Speciatib.*

D N.

DN. DECANUS comprobavit; si remiserint paroxysmi, occasione commodâ alvi quoq; siccitas tempestive corrigi debet vel Lenitivo per os assumendo v. g. syr. de cichor. cum Rhabarb. Rosar. solut. simpl. Infus. Laxativo D. Mannagettæ in debita dosi, & per intervalla propria handis, vel crem. tartar. à gr. vj. ad ʒ. aut ultrà in juscule offerendo. Vel Clyster aliquis facile parabilis malvaceus ab ʒij. ad ʒ. pro varietate ætatis injici potest, quales formulæ passim in *Materiæ Medicæ scriptoribus* præstant. Ceterum cum ab errore in vietu & nimia *additione* infans in horrendum hunc inciderit affectum, è fonte *Diætetico* talis vietus ratio infanti & matri, quandiu lataverit, ordinanda, quæ nec quantitate excessiva, nec qualitate vitiosa præsertim aciditate peccante nocere possit, cum reliquarum rerum non naturalium debito regimine, quale etiam non solum præservationis, sed & curationis gratia probe inculcavit *Sylv. d. l. §. 66. seqq.* pluribus. In primis vero terrores omnes animiq; commotiones præcavere necesse est. Quibus ritè & ex præscripto observatis per Divinam benedictionem reconvalescentia perfecta erit speranda, & filiolus vitam in posterum vivet gravissimi hujus mali prorsus immunem.

§. VI. Non licet hic ob temporis brevitatem curam hujus *Notæ Generali* in aliis quoque tenellæ ætatis subjectis à diversis obortæ neral. caussis prolixius annexere. In Dentitione difficultiori aliquando ad Chirurgicam operationem, qua scalpello finditur gingivæ caro deveniendum esse suadet *Paræus Chirurg. l. 23. c. 67.* Alias inunctiones aut frictiones molliores cum ol. amygd. dulc. pom. affo molliori. & adhibentur. Num cerebrum leporinum & sanguis cristæ galli specifica polleant virtute Dentitionem dolorificam sedare determinare nolumus, Practicorum auctorati reliquentes. Si vermes eorumq; cruda materia mali hujus somitem præbuerit, illorum è corpore expulsio promovenda per amara minus calida, ne febris gravior excitetur. Enim vero

hæc curatio instituti nostri excedit limites. Inter remedia Antepileptica Chymici hodieq; magnis extollunt, laudibus varijs iata & ionicia v. g. ɔ diaphoret Sulphur. Philosophor. alt Cnœphel. Bezoard mineral. Tinctur. &c. & plura alia. Verum de horum effectu secura fides sit penes Auctores. Specificorum quorundam vanitatem, qualia sunt radix pœoniae mari sub punto Äquinoctii verni solo auro effodienda, stercore certarum avicularum, Dentes linguæ pisces Aurata dicti adhaerentes &c. cum privatim nobis aperuerit Speciatiss. D N. DECANUS in ejus judicio & nos lubentes acquiescimus. Nugæ sunt etiam superstitiones, quando infans insalutato, quod fertur, hospite, à susceptore vel promatre per conclave cum aliis gestulationibus portatur. In Chirurgicis præter frictiones & ligatura setaceum & fonticulus in nucha aliquando salutariter adhibentur. Willius etiam sanguisugarum applicationem feliciter tentasse scripsit d.l.c. 4, Tb. Sydenham obs. de morb. acut. sed. 4. c. 5. i dentitione graviori cum convulsionibus venæctionem summe necessariam, & valde tutam deprædicare non est veritas. Enim vero licet nobis Helmontii judicium de talibus sanguinibus manifestè imminuentibus universaliter quidem conceptum veritati minime consonum, & experientiæ manifestè repugnans at particulariter ad ætatem infantilem & puerilem restrictum rationi & experientiæ probè consonum huc referre quando tñ defebrit. c. 7. in princ. ita scripsit: Talia cuncta concurrere in crux, virium, & corporis diminutioem.

Sed receptui canendum est. Possent quidem hæc fuisse pertractari, si temporis concessisset angustia. Ast immagis voluisse sat est, & insuffrat aures nostras Lyra Pindaricas:

*Ἐν ἔκαστῳ μέρει τοῦ σταθμοῦ καιρὸς ἀερίσθω.*

Nos, à quo incepimus, iterum finimus DEO Ter. Opt Max. grates persolventes devotissimas, quod hucusq; studiis nostris benedixerit, Eudem supplicibus venerantes precibus, ut & in posterum ad majorem Nominis sub Gloriam, Proximi vero salutem, nostrumq; emolumentum eadem clementissime dirigere velit,

F I A T!

ADDI.

# ADDITAMENTA.

I.

Cardiaca interdum mortem accelerant.

II.

Crebra sanguinis missio homines febribus sàpè reddit aptiores.

III.

Pulsus inaequalis in febricantibus non tam certò, ut debilis, mortem portendit.

IV.

Morbi à Dæmone infligi quidem, sed à medicamentis naturalibus tolli certè non queunt.

V.

Impar pilularum purgantium numerus supersticiosus est.

VI.

Signaturæ herbarum, ad hunc vel illum affectum curandum, nulla est efficacia.

Nulla



**N**ulla caret morbis ætas , jam prima maledic  
rum

Infantes labes afficit, & cruciat.

Herculei morbi pueros vis abripit, hosq;

Ante diem campos mittit ad Elysios:

JÆGERSCHMIDT fatum tu triste moraberis  
istud,

Herculeis nisu viribus ingenii!

*Nobiliss. & Clarissimo  
Dn. CANDIDATO,  
cum voto prosperrimorum successuum  
au<sup>n</sup>χεδιασ<sup>i</sup> f.*

**Joh. Mauricius Hoffmann**  
Phil. & Med. D. Chem. atq; Anatomi  
Prof. Publ.

